Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Si ego testimonium phibeo de me: testimonium meum
non est uerum. Alius est qui testimonium phibet de
me: et scio quia uerum est testimonium quod phibet
de me. Vos misistis ad iohem et testimonium
phibuit ueritati: ego autem non ab homine testimo
nium accipio: sed hec dico ut uos salui sitis. Ille
erat lucerna ardens et lucens: uos autem uoluistis
exultare ad horam in luce eius. Ego autem habeo
testimonium maius iohanne. Opa enim que dedit
mihi pater ut pficam ea: ipsa opa que ego fa
cio testimonium phibent de me: quia pater me
misit. Et qui misit me pater: ipse testimonium
phibuit de me. Neque uocem eius umquam audistis
neque spem eius uidistis. Et uerbum eius non
habetis in uobis manens: quia quem misit ille
huic: uos non creditis. Scrutamini scripturas.
quia uos putatis in ipis uitam eternam possi
dere. Et ille sunt que testimonium phibent de
me: et non uultis uenire ad me: ut uitam ha
beatis. Claritatem ab hominibus non accipio. sed
cognoui uos quia dilectionem dei non habetis in
uobis. Ego uenio in nomine patris mei: et non accipi
tis me. Si alius uenerit in nomine suo: illum
accipietis. Quomodo potestis uos credere.
qui gliam ab inuicem accipitis: et gliam que
a solo deo est non queritis. Nolite putare: quia
ego accusaturus sum uos apud patrem. Est qui
accusat uos: moyses in quo uos spatis. Si enim
crederetis moysi: crederetis forsitan et mihi.
De me enim ille scripsit. Si autem illius litteris
non creditis: quomodo meis uerbis credetis. Off.